



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 155. Hujus Papæ gesta in Pontificatu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

## §. CLV.

Sæc. XVII.  
A.C. 1669.*Hujus Papæ gesta in Pontificatu.*

Exiguo Pontificatus sui tempore Clemens sane magna fecit, & majora, si diutius vixisset facere meditabatur; quocirca immerito illum non nemo lido hoc carmine fugillabat:

*Contigit hoc nunquam, Papam decidere, de quo*

*Nilque boni possis dicere, nilque mali.*

Celebratur ab ipsis etiam fidei nostræ Adversariis ob animi candorem, morum integritatem, clementiam, pacisque studium: quanta enim sollicitudine pacem Gallum inter & Hispanum Reges conciliare adlaborarit, testantur ipsius Ludovici XIV. ad eundem literæ profecto memoratu dignissimæ, quarum tenor erat sequens:

*Beatissime Pater!*

Tabellarium, qui has nostras literas Sanctitati Vestræ reddet, citatis equis ad urbem mittimus, ne gaudium differatur, quod sanctitati Vestræ afferet pacis nuntius. Minime dubitamus, quin sanctitas Vesta idem hac de re judicium factura sit, quod nos ipsi facimus, ubi ab Oratore nostro Duce de Chaulnes omnia singillatim cognoverit, quæ heri cum Regis Angliae, & Hollandicæ

Ee 3

Rei-

Sæc. XVII R<sup>ip</sup>ublicæ Legatis acta hic sunt, de quib<sup>a</sup>  
A.C. 1669. eidem Oratori mandavimus, ut Sanctitatem

Vestrarum diligenter edoceat. Interim possumus  
affirmare possimus Sanctitati Vestræ, quod  
quid nos operæ impendimus, quidquid in  
nostro jure remisimus, ut gravissimum opus ad statum,  
in quo nunc est perducamus, respexisse imprimis sanctitatis Vestræ<sup>rum</sup>  
voluntatem, quam probe novimus, nihil in  
hac vita flagrantius cupere, quam extre  
mum hujus belli. Et sane potissimum incitan  
tum, quo adducti sumus, ut maxima cura  
nostra jactura (si, quæ in fortuna res noſ  
effent, consideretur) arma usque ad exi  
sequentis mensis inhiberemus: in eo suit  
Thebarum Archiepiscopi extraordinarii  
Sanctitatis Vestræ Nuntii postulatis  
saceremoniis, cum is quatuor ab his diebus  
nostram secretam audienciam accessisset, et  
hac de re sermo arma nobis de manibus  
eussit in eo rerum ac temporum articulo  
quo videmus nobis sine impudentia nota posse  
affirmare intra paucos menses in potest  
nostram concessuras fuisse præcipuas Ba  
rbarus frustra abnientibus, quicunque ad  
farios nostros tueri voluissent: Sed nor  
missæ tam præclaræ occasionis rei bene  
rendæ nunquam pœnitentebit, reputantes  
derationem animi nostri Pontificatus San  
ctitatis Vestræ eam gloriam peperisse,  
supra omnium decessorum suorum memora  
ipsius nomen extollit: cum Sanctitatis Vestræ

Authoritas ob Venerationem, quam nos Sæc. XVII.  
uni ipsius personæ hac in re detulimus, pa- A.C. 1669.  
cem inter omnes Christianos Principes san-  
xerit, quod sane multis abhinc sæculis  
Christianæ Republicæ videre non contigit.  
Impense interim Deum rogamus Beatissime  
Pater, ut Sanctitatem Vestram Ecclesiae  
sue bona quam plurimos annos servet in-  
tolumen. Datum apud S. Germanum die  
16. Aprilis 1668. Sanctitatis Vestrae.

Devotissimus Filius,  
**LUDOVICUS Rex.**

Quanto autem studio Principes Chri-  
stianos imo ipsos etiam Persas, alios-  
que Asiae Reges ad arma contra Tur-  
cas stringenda, & opem Venetis feren-  
dam incitarit, jam sæpius memoravi-  
mus. Præterea in virtutum, quas a  
teneris excoluerat, exercitiis Pontifex  
consenuit, ipsus quoque in Basilica  
Vaticana per plures horas confessiones  
excepit, Nosocomia, & Martyrum se-  
pulcra aliaque loca religiose ac frequen-  
tissime invisit: Excelluit pietate in infir-  
mos & pauperes, præcipue peregrinan-  
tes, quorum duodecim quotidie in suo  
Palatio convivas habuit, eisque infer-  
vit: cum autem quidam Nobiles hæ-  
retici, Pontifices omnes incredibili su-  
perbia tumescere, a suis Prædicanti-  
bus falso edocti, ut propius eum co-

E e 4

gnosce-

Sæc. XVII. gnoscerent, pauperum peregrinantur  
A. C. 1669. vestes induiti sese discubentibus ju-  
gerent, se suorum Præconum commen-  
tis delusos experti, hæresin ejurarunt.  
Erat insuper hic Pontifex a Nepotum  
affectu, eosque ditandi studio adeo  
lienus, ut in Thomæ in ætatis flo-  
decedentis morte nequidem ad momen-  
tum tristis esset, & Vincentium alium  
Nepotem in Cardinalium inauguratione  
paucis ante obitum suum diebus fami-  
incassum multis acriter stimulantibus  
ad Purpuram evehere recularet, &  
ditissimas nobilissimarum Virginis  
nuptias aliis suis Nepotibus oblatas  
nisi coactus consentiret, ac denique  
totam suam familiam beneficia tan-  
parca manu effunderet, ut unquam  
Rospiliösana stirpe Pontificem Maximum  
prodiisse, nemo crederet: Tanto etiam  
propriæ gloriæ contemptu, & humi-  
litatis studio eminuit, ut quamvis in  
perfecta suorum Prædecessorum opere  
ipse perficerit, nunquam tamen re-  
sum nomen aut insignia affigi permi-  
teret: Denique reparandi Divini culti  
studio accensus, a Ferdinando Mer-  
Bavariæ Electore obtinuit, ut in Pat-  
tinatu Superiori decem S. Benedicti  
aliorumque Ordinum Monasteria, quo-  
rum proventus Ferdinandus II. Im-  
perator Maximiliano Duci in expensas

compensationem cesserat, suis quæque Sæc. XVII.  
Monachis & disciplinæ Regulari, quæ A.C. 1669.  
centum viginti ferme annis ab hære-  
ticas exulare jussa erat, restituerentur.

### §. CLVI.

#### *Diæcesanæ Synodi Monasteriensis decreta.*

Eodem hoc anno Christophorus Ber-  
nardus a Gallen Monasteriensis Epi-  
scopus denuo binas Synodos Diæcesa-  
nas, & quidem primam die secunda  
Aprilis, alteram vero decima quinta  
Octobris celebrabat, ubi innovatis  
priorum Synodorum statutis decretum  
Alexandri VII. die trigesima Januarii  
Anno hujus sæculi quinquagesimo nono  
editum circa Regulares exacte obser-  
vari præcepit, declarans, quod Regu-  
lares Ordinum Mendicantium semel ab  
uno Episcopo approbati non censeantur  
approbati in aliis Diæcesibus absque  
nova Episcoporum approbatione, nec  
etiam sine Episcopi facultate a casibus  
reservatis absolvere queant. Pariter  
executioni mandari voluit Gregorii XV.  
Bullam, quæ incipit: *Inscrutabili*, circa  
Confessariorum approbationem, Sacra-  
mentorum administrationem, Sancti-  
monialium Monasteria, earumque clau-  
suram & regimen.

*Concil. Germ.  
tom. 10.*

Ee 5

§. CLVII.